Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



abscondita est aboculis omnium uiuentium. deus intelligit uiam eius.
& ipse nouit locum illius. Ipse enim dixit homini. Ecce timor dni ip
sa est sapientia. & recedere a malo intelligentia. Diligamus eam fratres
ut diligamur a ea. Ipsa enim sapientia quę xp̄s est dicit. Ego sapientia
habito in consilio. & eruditis interfum cogitationib;. Meum ē cōsiliū
& equitas. mea est prudentia. mea est & fortitudo. Ego diligentes me
diligo. & qui mane uigilauerint ad me inuenient me. Mecū sunt di
uitię & gloria. melior est fructus meus auro. & lapide precioso. In
uiis iustitię ambulo. ut ditem diligentes me. & thesauros repleā eorū.
diligit enim deus illum qui diligit sapientiam. Sapientia enim fili
is suis preparat uitam. Diligentibus se iusticiam ministrat. aman
tibus se prudentiam donat. in temptatione cum illo ambulat. & ē
directum illi preparans abscondita sua illi denudat. & super illum sci
entiam & intellectum prudentię thesaurizat. Ergo qui tenuerit il
lam. uitam heredtabit eternā. DE PRUDENTIA.

PRUDENTIA HAMQ; ORNAMENTUM
est omnium uirtutum. gloria uerbi. decusq; sermonis.
Sicut scriptum est. ornamentum aureum prudentia doctri
na. & quasi brachiale in brachio dextro. Prudentia custos est oris.
gubernatio actionis. temperantia cordis. moderatio linguę. omniūq;
statera uerborum. & ponderatio rerum. Sic enim scriptum ē. Verba
prudentium in statera ponderabuntur. Hinc & paulus ait. Sermo
uī semper in gratia sale sit conditus. ut sciatis quomodo oportet
uos unicuiq; respondere. Diligamus & nos fratres hanc clarissimam uirtutem. quę nobis gubernationem animi disponat. et
discretionem mentis confirmet. Sic enim scriptum est. Qui sapiens
est. multa gubernat prudentia. Diligamus prudentiam quę gres
sus opis nri dirigat. & actus cogitationis disponat. Scriptū est enim.
Vir prudens dirigit gressus suos. Diligamus prudentiam. quę nobis
domum spiritualem edificet. & edificatam sublimiter roboret. Scrip
tum est enim. sapientia edificabitur domus. & prudentia roborabi
tur. Diligam prudentiam. quę nobis ornamenta morū & opiam
ministret uirtutū. quę oriniō legem ueritatis insinuet. & sermonē
sapientię & intellectus multipliciter adornet sermonibus nostris
aureum ornamentum imponat & labiis nris munus argenteum
confert. moribus nostris uigem custodiam congruā ministret et glo